

16. Commissio eius Magistra tassianatum vom 3. Juli 1271; RA. n. 10
(basolus I 1271 B) fol. 123^a - 124^a

[Entsprechende Commissio vom 16. September 1275; RA. n. 23 (basolus I 1275 B) fol. 17^a]

Am Rande: Commissio magistrorum tassianatum Apulie.

Scriptum est Raoni de Gifo militi et Dyonisia iudici Riccardi de Analfia. De fide et legalitate vestra nostra curia confidente, amotis ab officio magistratus tassianatum nostrorum Apulie et lis, qui nunc sunt in eodem officio, vobis officium ipsum duximus committendum usque ad nostre beneplacitum voluntatis. Quo circa etc., quatinus ad partes easdem vos personaliter conferatis ^{et} officium ipsum ad honorem etc. de cetero exercendo, receptis presentibus galeas teridas conductos vacettas sagittas et omnia alia vassella curie tam nova quam vetera, quocumque vocabulo nuncupantur, que sunt in partibus ipsis, vela asparcia anchoras oemos ocalas arbores antennis remones nec non afisos et quarnimenta singula vassellorum, arma biscottum et res singulas tassianatum predictorum, in quibuscumque locis consistent, recipere debeatis et predicta omnia cum omni cura et diligencia procuratis custodiat et conservetis et procurari et custodiri ac conservari faciatis, ut ex dolo vel negligencia super omnibus, que ad prosecutionem ipsius officii spectaverint, redargui non possitis. Volumus tamen, quod de singulis, que receperitis et exolveritis, tam in pecunia quam in rebus faciatis duos quatenos consimiles, quorum unum penes vos retineatis et alterum magistris racionalibus magne curie nostre destinetis, et alium in fine cuiuslibet anni fieri faciatis, quem sub sigillis vestris eisdem magistris racionalibus volumus destinari, nichilominus de singulis, que exolveritis et dederitis, recipere et habere vos volumus ydoneas apodixas. De receptione autem vassellorum afisorum et armorum fieri volumus tria scripta publica consimilia, quorum uno assignantibus ~~et~~ predicta dimisso, aliud retinentibus vobis, tercium ad predictos magistros rationales mittere debeatis. Et quia fidelium relatione didicimus, quod

218

vom 2. Januar 1281: RA. n. 41 (basolus I 1281 A) fol. 76^a